UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXI. De simulatione, & hypocrisi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

& quantum ad reuerentiam diuini timoris, ex quibus commēdatur in eis indoles uirtutis: & sic debetur eis remuneratio æterna. Vnde Hier. exponit, ꝙ Deus ædificauit illis domos ſpirituales. Alio modo poteſt conſiderari quantum ad ipſum exteriorem actum mendacij, quo quidem non potuerunt ęternam remunerationem mereri: ſed forte aliquam remunerationem tēporalem, cuius merito non repugnabat deformitas illius mēdacij, ſicut repugnabat merito remunerationis æternæ. Et ſic intelligenda ſunt uerba Greg.* non quòd per illud mēdacium mererentur amittere remunerationem æternam, quam iam ex præcedenti affectu meruerant, ut ratio procedabat.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ quidam dicunt, quòd perfectis uiris omne mendacium eſt peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicit: nulla enim [d] circunſtantia aggrauat in infinitū, niſi quæ transfert in aliam ſpeciem. Circunſtantia autem perſonæ non transfert in aliam ſpeciem, niſi forte ratione alicuius annexi, puta, ſi ſit contra uotum ipſius: quod non poteſt dici de mendacio officioſo, uel iocoſo. Et ideo mendaciū officioſum, uel iocoſum non eſt peccatum mortale in uiris perfectis, niſi forte per accidens ratione ſcandali. Et ad hoc poteſt referri qđ Aug.* dicit, perfectis eſſe præceptum non ſolum non mentiri, ſed nec uelle mentiri: quàmuis hoc Aug. non aſſertiue, ſed ſub dubitatione dicat. Præmittit enim,* Niſi forte ita, ut perfectorū &c. Nec obſtat ꝙ ipſi ponuntur in ſtatu cōſeruandæ ueritatis: quia ueritatem tenentur cōſeruare ex ſuo officio in iudicio, uel doctrina, contra quæ, ſi mentiantur, erit mendacium, quod eſt peccatum mortale, In alijs autem non oportet, quòd mortaliter peccent mentiendo.

QVAESTIO CXI.

De Simulatione, & hypocriſi, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de ſimulatione, & hypocriſi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum omnis ſimulatio ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum hypocriſis ſit ſimulatio.

A ¶ Tertiò, Vtrum opponatur ueritati.

¶ Quartò, Vtrum ſit peccatum mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum omnis ſimulatio ſit peccatum.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd non omnis ſimulatio ſit peccatum. Dicitur
B enim Luc. vlt. quòd Dominus ſe finxit longius ire. & Ambro. dicit de Abraham * in lib. de Patriarchis, quòd captioſe loquebatur cum ſeruulis, cum dixit Gene. 22. Ego & puer illucuſque properantes, poſtquàm adorauerimus, reuertemur ad uos. Fingere autem, & captioſe loqui, ad ſimulationem pertinet: ſed non eſt dicendum, quòd in Chriſto, & in Abraham fuerit peccatum. ergo nō omnis ſimulatio eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Nullum peccatum eſt utile: ſed ſicut Hieron. * dicit.
C Vtilem ſimulationem, & in tēpore aſſumendam, Iehu Regis Iſrael nos doceat exemplum, qui interfecit ſacerdotes Baal, fingens ſe idola colere velle, ut habetur 4. Reg. 10. & Dauid immutauit faciē ſuam corā Achis rege Geth, ut habetur 1. Reg. 21. ergo non omnis ſimulatio eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Bonum eſt malo contrarium: ſi ergo ſimulare bonū, eſt malum. ergo ſimulare malū, erit bonum.

D ¶ 4 Pręt. Iſa. 3. contra quoſdā dr̄, peccatum ſuum quaſi Sodoma p̄dicauerunt, nec abſconderūt: ſed abſcondere peccatū ad ſimulationē pertinet. ergo nō uti ſimulatione interdū eſt reprehēſibile: uitare aūt peccatum numq̄ eſt reprehenſibile. ergo ſimulatio non ſemper eſt peccatum.

Sed contra eſt, quod Iſa. 16. ſup illud, In tribus annis &c. dicit gl. * In comparatione duorū malorū leuius eſt aperte pecca-
E re, q̄ ſanctitatem ſimulare: ſed aperte peccare ſemper eſt pctm̄. ergo ſimulatio ſemper eſt pctm̄.

Respon. Dicendū, ꝙ ſicut dictū * eſt, ad uirtutem ueritatis pertinet, ut quis talē ſe exhibeat exterius p ſigna exteriora, qualis eſt: ſigna aūt exteriora nō ſolum ſunt uerba, ſed etiā facta. Sicut ergo ueritati opponitur, ꝙ aliquis p uerba exteriora aliud ſignificet, q̄ habet apud ſe, quod ad mendacium pertinet: ita etiā opponitur ueritati, quòd aliqs per

...ctor peccat mortaliter dicēdo falſa, quādo, ſcilicet aduertit ſe docere falſum in credibilibus, & tamen aſſertiue illud docet. Cōſtat enim ꝙ inexcuſabilis eſt ab intentione nocumenti, qui nocumentum ex ſuo genere ſciens, & præuidens infert, ut iſte facit. Vniuerſaliter aūt quicumque ſcienter mendacium dicit cōtra iudicium, uel doctrinam, mortaliter peccat, ut in reſponſione ad ultimum habes. Vbi nota ly contra: qm̄ inde habes, ꝙ ſi iudex, dum iudicat, mendacia aliqua impertinētia immiſceat, licet peccet, nō tamē mortaliter: quia non mētitur cōtra ueritatē iudicij, ſed impertinētium ad iudicium. Idem aūt eſt iudiciū de doctoribus, ſi docendo mentiātur, nō tñ contra ueritatē doctrinæ. Sed aduerte, ꝙ prędicator ſemper contra ueritatem doctrinę chriſtianę mētitur, qñ miracula falſa ſciēter p̄dicat: qm̄ quantum in ſe eſt, ueritatem miraculorū Chriſti, & ſanctorū euacuat. Agit.n. ut falſa ēt putentur Chriſti, & ſanctorum miracula. Et ſimile eſt, ſi uitam ſanctorum fingunt aliter q̄ ſit, eadē rōne. Mentiendo aūt in nominibus authorū, aut quotationib⁹, puta, capitulum 10. p 12. aut Iſaiā pro Hieremia, uel Hiero. pro Aug. dicendo, quia tunc non occurrit, & turpe putat ſic pertrāſire, peccat quidem, ſed non mortaliter: quia non contra, ſed præter ueritatem doctrinæ mentitur. Falli namque in his nō eſt falli in doctrina, ſed in accidentibus eius.

¶ *Super Quæſtio. 111. Art. primum.*

In q. 111. occurrunt quinque dicenda. Primò, ꝙ author diſtinxit quæſtionē ſimulationis a quæſ. mendacij, nō propter formalem, ſed materialē differētiam, dū mendacium eſt falſa uocis ſignificatio: ſimulatio uerò eſt falſa facti ſignificatio. Et utrobique requiritur uoluntas, ibi falſum dicendi, hic falſum faciendi. Et propter hanc malam uoluntatē ſemper ſimulatio eſt peccatum, ſicut mēdaciū formaliter ſumēdo utrumque: & quia habet ſpeciales difficultates in theologia, propter uanam ſimulationis ſpeciem, quæ uocatur hypocriſis, qua quis ſimulat factis perſonam iuſti. Secūdò, ꝙ Abrahā a ſimulatione, immo a mendacio, pp figuratā locutionē prophetice excuſatur, quia cōmiſiſſe ſe intelligitur Spirituiſancto, tamquam proferret illa uerba ad ſenſum intētum a Spirituſancto, q̄uis ſibi ignota. Poteſt tñ aliter excuſari, & facilius Abrahā, ut intelligatur locutus ſm̄ cōmunē hoīum morē, ſm̄ quem erant poſt adorationē reuerſuri, quaſi dixerit, Deo aliter non diſponente, reuertemur ego & puer. Huiuſmodi. n. cōditiones generales ſubintelliguntur: ſed pro reuerentia Ambroſij author ſic expoſuit. Tertiò, ꝙ de fictione Dauid corā Achis, licet author utatur glo. & ad myſterium tranſeat, ad literā tamen excuſari videtur, quia facta niſi ex intentione ſignificandi fiant, ſigni uim non per ſe habēt ex parte facientis, ut ſuperius dixi. Quartò, quòd ſimplicitas, ſeu ueritas non intelligitur opponi dolo, uel fraudi formaliter, ſed potius cauſaliter, pro quanto opponitur ſimulationi, & mendacio, quæ ſunt effectus doli, uel fraudis. Aſtutus enim adinueniens uias apparentes dolo ſiue fraude, exequitur eas mediante mendacio, & ſimulationis uitio, & aliquo alio quādoq;. Et pro quanto eis immiſcetur mendaciū, aut ſimulatio, pro tanto opponi dicuntur ſimplicitati in art. 3. ad ſecundū. Nā ſecundū ſe abſolutè opponi dicunt prudētię ſuperius in q. 45. Quintò, quomodo hypocriſis conſueuit in ſacra ſcriptura ſumi, ut dicitur in articu. 4. & propterea tam deteſtabiliter commemoratur. Et hæc de q. 3. ſufficiant.

In Libr. de Abraham, c. 8. in medio, tom. 4.

Ad Gal. 2. ſupra illud: Cum veniſſet Pet. Antiochiā, to. 9

eſt glo. Hie. in fin. comment. ad 16. c. Eſa. to. 5.

q. 109. ar. 3. ad 3. & q. 110. art. 1.

per aliqua ſigna factorum, uel rerum, aliquid ſignificet contrarium eius, quod in eo eſt: quod propriè ſimulatio dicitur. Vnde ſimulatio propriè eſt mendacium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens. Non refert autem utrum aliquis mentiatur uerbo, uel quocumque alio facto, ut ſupra habitum eſt. * Vnde cum omne mendacium ſit peccatum, ut ſupra dictum † eſt, conſequens eſt etiam, quòd omnis ſimulatio eſt peccatum.

q. præced. art. 1.
q. præced. art. 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in lib. de quæſtionib. Euang. * nõ omne quod fingimus, mẽdacium eſt: ſed quando id fingimus, quod nihil ſignificat, tunc eſt mendacium. Cùm autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura ueritatis. Et ſubiungit exemplum de figuratiuis locutionibus, in quibus fingitur quædã res, non ut aſſeratur ita eſſe, ſed eam proponimus, ut figurã alterius quod aſſerere uolumus. Sic ergo Dominus in Euãgelio finxit ſe longius ire, quia compoſuit motum ſuum quaſi uolẽtis longius ire, ad aliud figuratiuè ſignificandũ, ſ. quòd ipſe ab eorum fide longe erat, vt Gregor. * dicit: uel ut Auguſt. † dicit, quia cùm longius receſſurus eſſet aſcendendo in cœlum, per hoſpitalitatem quodãmodo retinebatur in terra. Abraham etiam figuratiuè locutus eſt. Vnde Ambroſ. * dicit de Abraham, quòd prophetauit quod ignorabat. Ipſe enim ſolus diſponebat redire immolato filio: ſed Dominus per os eius locutus eſt quod parabat. Vnde patet, quòd neuter ſimulauit.

Lib. 2. c. 51. in princip. tom. 4.

Grego. homil. 23. in Euang. non lõge a principio.

Augu. lib. 2. q. Euãge. q. ſic ca. vlti. a medio. D. 2.
* Ambr. in li. de Abraham. cap. 8. tom. 4.

Ad II. dicendum, quòd Hier. utitur large nomine ſimulationis pro quacumq; fictione. Cõmutatio aũt faciei Dauid fuit fictio figuralis, ſicut gl. exponit in titulo illius Pſal. Benedicã dñm in omni tẽpore. Simulationẽ uero Iehu nõ eſt neceſſe excuſari a peccato, uel mẽdacio, quia malus fuit, utpote ab idolatria Ieroboã non recedens. Commẽdatur tñ, & temporaliter remuneratur a Deo non pro ſimulatione, ſed pro zelo, quo deſtruxit cultũ Baal.

Ad III. dicẽdum, ꝙ quidã dicunt, ꝙ nullus põt ſe ſimulare eſſe malum, quia per opera bona nullus ſimulat ſe malũ: ſi aũt opera mala faciat, malus eſt. ſed hæc ratio nõ cogit. Poteſt. n. aliquis ſe ſimulare malũ ꝑ opera, quæ in ſe nõ ſunt mala, ſed habẽt in ſe quandam ſpeciem mali: & tñ ipſa ſimulatio eſt mala tum ratione mendacij, tum ratione ſcandali. Et quàmuis per hoc fiat malus, non tamen fit malus illa malitia, quam ſimulat. Et quia ipſa ſimulatio ſecundum ſe mala eſt non ratione eius, de quo eſt, ſiue ſit de bono, ſiue ſit de malo, peccatum eſt.

Ad IIII. dicendũ, quòd ſicut aliquis uerbo mẽtitur, qñ ſignificat quod non eſt, non autem qñ tacet quod eſt, quod aliquando licet: ita etiam ſimulatio eſt, quando aliquis per exteriora ſigna factorum, uel rerum ſignificat aliquid quod non eſt, nõ autem ſi aliquis prætermittat ſignificare quod eſt. Vnde aliquis poteſt, peccatũ ſuum occultare abſq; ſimulatione. Et ſecundum hoc intelligendum eſt, quod Hierony. * dicit ibidem, quòd ſecundum remedium poſt naufragium eſt peccatum abſcondere, ne ſcilicet exinde alijs ſcandalum generetur.

Eſa. 3. ſuper verbũ Eſa. citatum in argu. tom. 5.

Articvlvs II.

Vtrum hypocriſis ſit idem quod ſimulatio.

4. di. 16. q. 4. artic. 1. q. 1. per to. & q. 2. ad 2.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ hypocriſis non ſit idem quod ſimulatio. Simulatio enim conſiſtit in quodam factorum mẽdacio: ſed

F hypocriſis poteſt etiam eſſe ſi aliquis
terius, quæ interius agit, ſecũdum
Cùm facis eleemoſynam noli tu
ſicut hypocritæ faciunt. ergo hy
idem ſimulationi.
¶ 2 Præt. Greg. * dicit 31. Moral. Su
& ſanctitatis habitum tenent, & per
tum exequi non ualent. Hos neque
dum eſt in hypocritarum numerum
aliud eſt infirmitate, aliud malitia pe
qui tenent habitum ſanctitatis, &
ctionis non exequuntur, ſunt ſimul
terior habitus ſanctitatis opera perf
G cat. non ergo ſimulatio eſt idem quo
¶ 3 Præt. Hypocriſis in ſola intentio
cit enim Dominus de hypocritis M
omnia opera ſua faciunt, ut ab hom
tur. & Gregor. dicit 31. Moral. * qu
quid agant, ſed quomodo de actio
minibus poſſint placere, conſiderãt
non conſiſtit in ſola intentione, ſe
operatione. unde ſuper illud Iob 3
& callidi prouocãt iram Dei. dicit g
lator aliud ſimulat, & aliud agit: ca
& laſciuiam ſequitur: oſtendit pa
marſupium replet. ergo hypocriſis
quod ſimulatio.
Sed contra eſt, quod Iſidor. dic
H mologiarum. Hypocrita græco ſerm
ſimulator interpretatur, qui cũ in
num ſe palam oſtendit. hypo enim
dicium interpretatur.
Respon. Dicendum, quòd ſicut I
dem, nomen hypocritæ tractum d
qui in ſpectaculis cõtecta facie inced
tes uultum uario colore, ut ad perſo
lant, colorem peruenіant, modo in
do in ſpecie fęminæ, ut in ludis p
Vnde Auguſ. dicit in lib. * de ſerm
monte, quòd ſicut hypocritę ſimula
perſonarum, agunt partes illius, qu
enim qui agit partes Agamemnonis,
I ſed ſimulat eum) ſic in eccleſijs, & in o
mana, qui ſe vult videri quod non e
eſt: ſimulat enim ſe iuſtum, non ex
dicendum eſt, quòd hypocriſis ſimu
autem omnis ſimulatio, ſed ſolum
ſimulat perſonam alterius: ſicut cum
mulat perſonam iuſti.
Ad primvm ergo dicẽdum, quòd
naturaliter ſignificat intentionem. Q
aliquis per bona opera quæ facit, ex
Dei ſeruitium pertinentia, non quær
re, ſed hominibus, ſimulat rectam
quam non habet. Vnde Gregor. dicit
quòd hypocritæ per cauſas Dei, de
K tioni ſæculi: quia per ipſa quoque qu
cta oſtendunt, non conuerſionem
minum, ſed auras fauorum: & in
daciter intentionem rectam, qua
quàmuis non ſimulãt aliquod rectum
non agunt.
Ad II. dicendũ, ꝙ habitus ſanctitatis
gionis, uel clericatus, ſignificat ſtatu
gatur ad opera perfectionis: & ideo
ſanctitatis aſſumit intẽdens ſe ad ſta
nis transferre, ſi ꝑ infirmitatẽ deficia
lator, uel hypocrita: quia nõ tenetur
peccatũ, ſanctitatis habitum depon

hoc ſanctitatis habitum aſſumeret, ut ſe iuſtum oſtētaret, eſſet hypocrita, & ſimulator.

Ad III. Dicendum, quòd in ſimulatione ſicut in mendacio duo ſunt. Vnum quidem ſicut ſignum, & aliud ſicut ſignatum. Mala ergo intentio in hypocriſi conſideratur ſicut ſignatum, quod non reſpondet ſigno. Exteriora autem uel uerba, uel opera, uel quæcunque ſenſibilia conſiderantur in omni ſimulatione, & mendacio, ſicut ſigna.

Articvlvs. III.

Vtrum hypocriſis opponatur uirtuti ueritatis.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd hypocriſis non opponatur uirtuti veritatis. In ſimulatione enim, ſiue hypocriſi eſt ſignum, & ſignatum: ſed quantum ad utrunque non uidetur opponi alicui ſpeciali uirtuti. Hypocrita.n. ſimulat quamcumque uirtutem, & etiam per quæcumque virtutis opera, puta, per ieiunium, orationem, & eleemoſynam, ut habetur Matth. 6. ergo hypocriſis non opponitur ſpecialiter virtuti veritatis.

¶2 Præte. Omnis ſimulatio ex aliquo dolo videtur procedere, unde & ſimplicitati opponitur: dolus autem opponitur prudentiæ, ut ſupra habitum eſt.* ergo hypocriſis, quæ eſt ſimulatio, non opponitur veritati, ſed magis prudentiæ, uel ſimplicitati.

¶3 Præt. Species moralium conſiderantur ex fine: ſed finis hypocriſis eſt acquiſitio lucri, uel inanis gloriæ. unde ſuper illud Iob 27. Quæ eſt ſpecies hypocritæ, ſi auare rapiat &c. dicit* glo. Hypocrita, qui latine dicitur ſimulator, auarus raptor eſt, qui dum inique agens deſiderat de ſanctitate venerari, laudē uitæ rapit alienæ. cum ergo auaritia, uel inanis gloria non directè opponatur veritati, uidetur quod nec ſimulatio, ſiue hypocriſis.

Sed Contra eſt, quia omnis ſimulatio eſt mendacium quoddam, ut dictum* eſt. Mendacium autem directè opponitur ueritati. ergo & ſimulatio, ſiue hypocriſis.

Respon. Dicendum, quòd ſecundùm Philo.* in 10. Metaph. Contrarietas eſt oppoſitio ſecundùm formam, a qua ſcilicet res ſpeciem habet. Et ideo dicendum eſt, quòd ſimulatio, ſiue hypocriſis pōt opponi alicui uirtuti dupliciter. Vno modo directè: alio modo indirecte. Directa quidē oppoſitio eius, ſiue eius contrarietas eſt attendenda ſecundùm ipſam ſpeciem actus, qui accipitur ſecundum propriū obiectum. Vnde cum hypocriſis ſit quædam ſimulatio, qua quis ſimulat ſe habere perſonam, quam nō habet, ut dictum* eſt, conſequens eſt, quòd directè opponatur ueritati, per quam aliquis exhibet ſe talem uita, & ſermone, qualis eſt, ut dicitur in 4. Ethi.* Indirecta autem oppoſitio, ſiue contrarietas hypocriſis poteſt attendi ſecundum quodcumque accidens, puta, ſecundum aliquem finem remotum, uel ſecundum aliquod inſtrumentum actus, uel quodcumque aliud huiuſmodi.

Ad primvm ergo dicendum, quod hypocrita ſimulans aliquam uirtutem, aſſumit eam ut finem, non quidem ſecundum exiſtentiam, quaſi uolens eam habere, ſed ſecundum apparentiam, quaſi uolens uideri eam habere: ex quo non habet quod opponatur illi virtuti, ſed quod opponatur ueritati, inquantum uult decipere homines circa illam uirtutem. Opera autem illius virtutis non aſſumit quaſi per ſe intenta, ſed inſtrumentaliter quaſi ſigna illius uirtutis. Vnde ex hoc non habet directam oppoſitionem ad illam uirtutem.

A Ad II. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt,* prudentiæ directè opponitur aſtutia, ad quam pertinet adinuenire quaſdam uias apparentes, & non exiſtentes, ad propoſitum conſequendum. Executio autē aſtutiæ eſt propriè per dolum in uerbis: per fraudē autem in factis. & ſicut aſtutia ſe habet ad prudentiā, ita dolus, & fraus ad ſimplicitatem. Dolus autem, vel fraus ordinatur ad decipiendum principaliter, & quandoque ſecundario ad nocendum: unde ad ſimplicitatem pertinet directè ſe præſeruare a deceptione. Et ſecundum hoc, ut ſupra dictum eſt,* virtus ſimplicitatis eſt eadem virtuti veritatis: ſed differt ſola ratione, quia veritas dicitur ſecundùm ꝙ ſigna cōcordant ſignatis: ſimplicitas autem dicitur ſecundum quòd non tendit in diuerſa, ut ſcilicet aliud intendat interius, & aliud prætendat exterius.

q. 55. arti. 3. 4. & 5.

q. 109. art. 2 ad 4.

B Ad III. Dicendum, quòd lucrum, uel gloria eſt finis remotus ſimulatoris, ſicut & mendacis. Vnde ex hoc fine ſpeciem non ſortitur, ſed ex fine proximo, qui eſt oſtendere ſe alium, quàm ſit. Vnde quandoque contingit, ꝙ aliquis fingit de ſe magna, nullius alterius gratia, ſed ſola libidine ſimulandi, ſicut Philoſoph.* dicit in 4. Ethico. & ſicut etiam ſupra de mendacio dictum eſt.*

Libro 4. c. 7. tomo 5.

q. 100. art. ..

Articvlvs IIII.

Vtrum hypocriſis ſemper ſit peccatum mortale.

4. di. 16. q. 4. arti. 1. q. 3.

C Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd hypocriſis ſemper ſit peccatum mortale. Dicit enim Hiero. Iſa. 16.* in gl. ꝙ in comparatione duorum malorum, leuius eſt aperte peccare, q̃ ſanctitatem ſimulare. & ſuper illud Iob 1. Sicut autem dño placuit &c. glo. dicit, ꝙ ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex peccatum. Et ſuper illud Thrē. 4. Maior effecta eſt iniquitas peccati populi mei peccato Sodomorum, dicit gl.* Scelera animæ planguntur, quæ in hypocriſim labitur, cuius maior eſt iniquitas peccatorum † Sodomorum: peccata autem Sodomorum ſunt peccata mortalia. ergo & hypocriſis ſemper eſt peccatum mortale.

In ſin. commentar. ad cap. 16. Eſai. tomo 5.

Gloſ. ordinaria ibid.

Alias peccatis.

¶2 Præt. Grego. dicit 31. mora.* quòd hypocritæ ex D malitia peccant: ſed hoc eſt grauiſſimum, quia pertinet ad peccatum in Spiritumſanctum. ergo hypocrita ſemper mortaliter peccat.

Libro 31. capitu. 11.

¶3 Præt. Nullus meretur iram Dei, & excluſionem a Dei viſione, niſi propter peccatum mortale: ſed per hypocriſim aliquis meretur iram Dei, ſecūdùm illud Iob 36. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Excluditur etiam hypocrita a uiſione Dei, ſecundum illud Iob 13. Non veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. ergo hypocriſis ſemper eſt peccatum mortale.

Sed contra eſt, quia hypocriſis eſt mendacium operis, cum ſit ſimulatio quædam: non autem omne mendacium operis eſt peccatum mortale. ergo E nec omnis hypocriſis.

¶Præt. Intentio hypocritæ eſt ad hoc, quòd videatur bonus: ſed hoc non opponitur charitati. ergo hypocriſis non eſt ſecundùm ſe peccatum mortale.

¶Præt. Hypocriſis naſcitur ex inani gloria, ut Greg. dicit 31. moral.* ſed inanis gloria non ſemper eſt peccatum mortale. ergo neque hypocriſis.

Libro 31. ca. 31. a medio.

Respon. Dicendum, quòd in hypocriſi duo ſunt, ſcilicet defectus ſanctitatis, & ſimulatio ipſius. Si ergo hypocrita dicatur ille, cuius intentio fertur ad utrumque, ut ſcilicet aliquis non curet ſanctitatem habere, ſed ſolum Sanctus apparere, ſicut conſueuit accipi in ſacra ſcriptura, ſic manifeſtum eſt,

quòd eſt peccatum mortale. Nullus enim totaliter F
priuatur ſanctitate, niſi ꝑ pecccatum mortale. Si aũt dicatur hypocrita ille, qui intendit ſimulare ſanctitatem, a qua deficit per peccatũ mortale, tunc quamuis ſit in peccato mortali, ex quo priuatur ſanctitate, non tamen ſemper ipſa ſimulatio eſt ei peccatũ mortale, ſed quandoque veniale: quod diſcernendum eſt ex fine, qui ſi repugnat charitati Dei, vel proximi, erit peccatum mortale, puta, cũ ſimulat ſanctitatem, vt falſam doctrinam diſſeminet, uel ut adipiſcatur eccleſiaſticam dignitatem indignus, uel quęcumq; alia temporalia bona, in quibus finem conſtituit. Si vero finis intentus non repugnet charitati, erit peccatum veniale, puta, cum aliquis in ipſa fictione delectatur, G
de quo dicitur 4. Ethico. * ꝙ magis videtur vanus, quam malus: eadem enim ratio eſt de mendacio, & ſimulatione. Contingit tamen quandoq; ꝙ aliquis ſimulat perfectionem ſanctitatis, quæ non eſt de ſalutis neceſſitate: & talis ſimulatio nec ſemper eſt peccatum mortale, nec ſemper eſt cum peccato mortali. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Lib. 4. c. 7. a medio.

QVAESTIO CXII.

De Iactantia, in duos articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de iactantia, & ironia, quę ſunt partes mendacij ſecundum Philoſoph. in 4. Ethic. H

PRIMO autem circa iactantiam quæruntur duo.

¶ Primò, Cui virtuti opponatur.
¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum mortale.

¶ Super Quæſtio. centeſima duodecima articulum primum.

IN art. 1. q. 112. nota duo. Primò ꝙ iactantia, licet quò ad uocabuli uſum dicatur etiam de oſtentatione ueri ſupra opinionem, ſeu cognitionem aliorum, ut de Aſſuero dicitur: tamẽ ſecundum rẽ, prout eſt nomen uitij ex ſuo genere (ſic enim tantum propriè ſumitur) non dicitur niſi de oppoſito ueritatis per modũ exceſſus: quoniam ſic tantum eſt nomen uitij ex ſuo genere. Oſtentatio namque ueri ſupra cognitionẽ aliorum, non eſt mala ex ſuo genere, ſed quandoque bona, iuxta neceſsitatem, aut utilitatem exigẽtem hmói manifeſtationem: & quandoque mala ꝑꝑ malum, aut uanum finem. Et propterea in calce corporis art. cõcluditur, ꝙ iactantia propriè dicta opponitur ueritati per modum exceſſus: & ſic de iactantia eſt in litera reliquus ſermo. Secundò, ꝙ ex reſponſione ad ſecundum diſcas & diſcernere, & propriè loqui. Nã ſpecies ſuperbiæ nõ iactantia, ſed arrogãtia intus eſt, quæ frequenter cauſa eſt iactantiæ, quæ ſpecies eſt mendacij: & quoniam ſe habẽt ut cã, & effectus: iõ unũ poni inuenitur pro alio.

Lib. 21. Mor. & citatur a Magiſ. lib. 2. diſtin. 41. Et lib. 23. c. 7. circa prin.

ARTICVLVS I.

Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis. I

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd iactantia non opponatur virtuti veritatis. Veritati enim opponitur mendaciũ: ſed quandoque poteſt eſſe iactantia etiam ſine mendacio, ſicut cũ aliquis ſuam excellentiam oſtentat. dicitur enim Heſter 1. quod Aſſuerus fecit grande conuiuiũ, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, ac regni ſui, ac magnitudinem, atq; K
iactantiam potentiæ ſuæ. ergo iactantia non opponitur uirtuti veritatis.

¶ 2 Præt. Iactantia ponitur a Gregor. * 21. Moral. una de quatuor ſpeciebus ſuperbiæ, cum ſcilicet quis iactat ſe habere, quod non habet. unde dicitur Hierem. 48. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt ualde. ſublimitatem eius, & arrogantiam, & ſuperbiam, &

latitudinem cordis eius ego ſcio ...
tiam eius eo quod non ſit iuxta e...
31. * Moral. Gregor. dicit, quod ...
inani gloria: ſuperbia autem, & ...
nuntur uirtuti humilitatis. ergo ia...
nitur ueritati, ſed humilitati.

¶ 3 Præt. Iactantia ex diuitijs cauſa...
dicitur Sapien. 5. Quid nobis prof...
uitiarum iactantia quid contulit no...
tas diuitiarum uidetur pertinere ad ...
tiæ, quod opponitur iuſtitiæ, uel libe...
go iactantia opponitur ueritati.

SED CONTRA eſt, quod Ph...
cundo, & quarto Ethicor. * iactan...
ritati.

RESPON. Dicendum, quod iact...
portare uidetur quod homo uerbis ...
enim, quę uult homo longe iactare...
Tunc autem propriè aliquis ſe ...
ſe ſupra ſe aliquid dicit: quod qui...
pliciter. Quandoque enim aliq...
non quidẽ ſupra id, quod in ſe eſt ...
de eo homines opinantur: quod ...
cit 2. ad Corinth. 12. Parco, ne quis ...
pra id, quod videt in me, aut aud...
Alio modo, aliquis per verba ſe ...
ſe ſupra id, quod in ſe eſt ſecundum ...
quia magis eſt aliquid indicandum ...
in ſe eſt, quam ſecũdum quod ...
rum, inde eſt, quòd magis prop...
quando aliquis effert ſe ſupra id ...
quãdo effert ſe ſupra id, quod ...
rum, quamuis vtroque modo ia...
Et ideo iactantia propriè dicta ...
per modum exceſſus.

AD PRIMVM ergo dicend...
procedit de iactantia, ſecundum ...
nionem.

AD II. dicendum, quòd iacta...
ſiderari poteſt dupliciter. Vno mo...
ciem actus: & ſic opponitur ueri...
Alio modo, ſecundum cauſam ...
ſemper, tamen frequentius accid...
quidem ex ſuperbia, ſicut ex cau...
& impellente. Ex hoc enim quod ...
arrogantiam ſupra ſeipſum ...
rumque, quòd exterius maiora ...
licet quandoque non ex arroga...
vanitate aliquis ad iactantiam pro...
lectetur, quia talis eſt ſecundum ...
rogantia, per quam aliquis ſupra ...
eſt ſpecies ſuperbiæ, non tamen ...
ſed, vt frequentius, eius cauſa & ...
iactantiam ponit inter ſuperbiæ ...
iactator plerumque ad hoc, quod ...
tur per ſuam iactantiam: & ...
gor. * ex inani gloria oritur ...
nis.

AD III. dicendum, quòd o...
tiam cauſat dupliciter. Vno mo...
inquantum de diuitijs aliquis ...
ter Prouerb. 8. opes dicuntur ...
per modum finis, quia vt dic...
ſeipſos iactant non ſolum prop...
propter lucrum, qui de ſeipſis ...
lucrari poſſunt, puta, quod ...
tes, uel diuini.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN